

## CONSPECTUS DECISIONUM

**quae a Supremo Signaturae Apostolicae Tribunali in ambitu iudiciali ab anno 1968 ad annum 2012 latae atque publici iuris factae sunt**

Iisdem finibus methodisque ac illis de quibus in conspectu decisionum in ambitu rectae administrationi iustitiae invigilandi (cf. *Per* 101 [2012] 199-254), hic recoluntur ac recensentur decisiones quae a Supremo Signaturae Apostolicae Tribunali in ambitu iudiciali (cf. can. 1445 §1; art. 122 Const. Apost. *Pastor bonus*; art. 33 *Legis propriae Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae*) ab anno 1968 ad annum 2012 latae atque publici iuris factae sunt.

Ob naturam numerumque decisionum, ad utilitatem Lectorum, quaedam addita sunt, quae in priore conspectu non habebantur. Decisiones etenim praebentur, praesertim rotales, quae decisiones a Signatura Apostolicae latas praecedunt vel subsequuntur; legis praescripta quoque indicantur, praesertim canones, quorum usus vel interpretatio in decisionibus Signaturae Apostolicae proponitur. Quoad decisiones ante Codicem anno 1983 promulgatum latas, legis praescripta et canones dantur iuxta textus normativos sive tunc sive nunc vigentes.

Plus quam dimidia pars decisionum Signaturae Apostolicae, quae publici iuris factae sunt, sub Em.mo Card. Dino Staffa Praefecto (1969-1977) prolata est, cuius cura et sollicitudine decisiones, haud raro — Summo Pontifice committente — etiam de merito, Signatura Apostolica edidit.

## Sigla et abbreviationes

AAS	<i>Acta Apostolicae Sedis</i>
AfkK	<i>Archiv für katholisches Kirchenrecht</i>
Apoll	<i>Apollinaris</i>
CLSN	CANON LAW SOCIETY OF GREAT BRITAIN & IRELAND <i>Newsletter</i>
Comm	<i>Communicationes</i>
Comm.	Commentarium/Commentaria
DC	<i>Dignitas connubii</i>
Digest	<i>The Canon Law Digest VII-XIII, Milwaukee 1975-2009</i>
DR	<i>Documenta recentiora circa rem matrimonialem et processualem I. II, Romae 1977. 1980</i>
DS	Rotae Romanae Tribunal, <i>Decreta selecta inter ea quae anno ... prodierunt</i>
EIC	<i>Ephemerides Iuris Canonici</i>
IE	<i>Ius Ecclesiae</i>
IC	<i>Ius canonicum</i>
IDE	<i>Il diritto ecclesiastico</i>
I&IR	<i>Ius canonicum et iurisprudentia rotalis, CD</i>
J	<i>The Jurist</i>
LE	X. OCHOA, ed., <i>Leges Ecclesiae post Codicem Iuris Canonici editae I-X, Roma 1966-2010</i>
LP	<i>Lex propria Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, 21 iunii 2008</i>
ME	<i>Monitor ecclesiasticus</i>
NR94	<i>Normae Romanae Rotae Tribunalis, 18 aprilis 1994</i>
NS	<i>Normae Speciales in Supremo Tribunali Signaturae Apostolicae ad experimentum servandae, 25 martii 1968</i>
NSRR34	<i>Normae Sacrae Romanae Rotae Tribunalis, 29 iunii 1934</i>
OR	<i>L'Osservatore Romano</i>
Per	<i>Periodica de re [moralis] canonica [liturgica]</i>
PM	<i>Provida Mater</i>
QSR	<i>Quaderni dello Studio Rotale</i>
REDC	<i>Revista española de derecho canónico</i>
RRDec.	<i>Romanae Rotae Tribunal. Decisiones</i>
SCL	<i>Studies in Church Law</i>

<i>SRRDec.</i>	<i>Sacrae Romanae Rotae Decisiones</i>
Vers.	Versio/versiones (angl. = anglica; it. = italica)
*	Documenta quae in editione Codicis Iuris Canonici cum fontibus citantur
#	canones Codicis anno 1917 promulgati ac normae amplius non vigentes
@	canones Codicis anno 1983 promulgati ac normae vigentes

C. BEGUS, «Adnotationes» = C. BEGUS, «Adnotationes in Decreta», *Apoll* 83 (2010) 401-415.

F. DANEELS, «La querela di nullità» = F. DANEELS, «La querela di nullità contro le sentenze della Rota Romana nella giurisprudenza della Segnatura Apostolica», in *La “querela nullitatis” nel processo canonico*, Città del Vaticano 2005, 231-249.

W.L. DANIEL, *Ministerium Iustitiae* = W.L. DANIEL, *Ministerium Iustitiae. Jurisprudence of the Supreme Tribunal of the Apostolic Signatura. Official Latin with English Translation*, Translated by William L. Daniel, Montréal 2011.

M. DEL POZZO – F. MARTI, «Il giusto rigore della Segnatura» = M. DEL POZZO – F. MARTI, «Il giusto rigore della Segnatura nella reiezione del ricorso contro il diniego del nuovo esame della Rota», *IE* 22 (2010) 636-647.

G.P. MONTINI, «Conspectus decisionum I» = G.P. MONTINI, «Conspectus decisionum quae a Supremo Signaturae Apostolicae Tribunali in ambitu rectae administrationi iustitiae invigilandi ab anno 1968 ad annum 2011 latae atque publici iuris factae sunt», *Per* 101 (2012) 199-254.

### **Sigla quae habentur in tabulario apud Signaturam Apostolicam**

CA	Contentiosus Administrativus
CC	Conflictus competentiae
CG	Contentiosus Iudicialis («Contenzioso Giudiziario»)
CP	Commissiones Pontificiae
EC	Effectus civiles
ES	Examen Sententiarum
SAT	Status et Activitas Tribunalium
VAR	Variae
VT	Vigilantia Tribunalium

## 1968-1969

(vacant)

## 1970

1. 6. iun. 1970

Prot. n. 146/70 CG, Decretum Congressus, *Romana, nullitatis matrimonii*.  
*Apoll* 43 (1970) 511-513; *IC* 12/23 (1972) 40-41; *LE* IV, n. 3863; *Per* 60  
(1971) 290-292.

Comm.: O. ROBLEDA, *Per* 61 (1972) 91-92.

Nova causae propositio conceditur post duplicem decisionem negativam.

Decisiones praecedentes: decretum rotale, *Nuoren. seu Calaritana, nullitatis matrimonii, Incidentis praeiudicialis: novae causae propositionis, coram* Bejan, 16. oct. 1969.

Decisiones subsequentes: sententiae definitivae

- *Calaritana, nullitatis matrimonii, coram* Davino, 31. maii 1972, «constare de nullitate»;
- *Nuoren. seu Calaritana, nullitatis matrimonii, coram* Serrano, 23. nov. 1973, *SRRDec.* LXI, 784-792, «constare de nullitate».

2. 6. iun. 1970

Prot. n. 356/70 CG, Decretum Congressus, *Romana, nullitatis matrimonii*.  
*Apoll* 43 (1970) 456-465; *IC* 12/23 (1972) 33-36; *LE* IV, n. 3862; *Per* 60  
(1971) 280-290.

Nova causae propositio conceditur. Cum Tribunal Rotae Romanae videre debeat de concedendo novo causae examine et, quatenus affirmative, de causae merito, procedere nequit ad modum unius, cum argumenta pro novo causae examine nequeant confundi cum argumentis pro causae merito.

Novum causae examen conceditur etiam pro capite nuper bis negative dimisso a Tribunale Rotae Romanae.

Decisiones praecedentes: sententia definitiva, *nullitatis matrimonii, coram* Fagiolo, 11. iul. 1969, *SRRDec.* LXI, 765-772.

Decisiones subsequentes: decretum rotale, 7. iul. 1973, quo peremptio declaratur.

3. 6. iun. 1970

Prot. n. 970/69 CG, Decretum Congressus, *Caietan., nullitatis matrimonii, querelae nullitatis adversus sententiam rotalem et, subordinate, novae causae propositionis*.

*Apoll* 43 (1970) 509-511; *IC* 12/23 (1972) 39-40; *LE* IV, n. 3758; *Per* 60 (1971) 277-280.

Comm.: O. ROBLEDA, *Per* 61 (1972) 89-91.

Querela nullitatis reicitur: non constat de illegitima constitutione curatoris; nova causae propositio conceditur ob ius defensionis violatum; nam reiecta erat instantia pro gratuito patrocinio atque pro quibusdam testibus audiendis.

Decisiones praecedentes: sententia definitiva, *Neapolitana, nullitatis matrimonii, coram* Ewers, 10. maii 1969, *SRRDec.* LXI, 547-466.

Decisiones subsequentes:

- sententia definitiva, *Neapolitana, nullitatis matrimonii, coram* Pozzi, 10. mar. 1972, *SRRDec.* LXIV, 140-157.
- decretum rotale, 23. iul. 1975, quo peremptio declaratur.

Cf. etiam prot. n. 987/69 EC.

4. 13. iun. 1970

Prot. n. 744/67 CG, Decisio Collegii, *coram* Staffa.

Vide infra n. 9.

5. 24. oct. 1970

Prot. n. 576/57 [CG], Sententia definitiva, *Romana, nullitatis matrimonii, coram* Staffa.

*Apoll* 43 (1970) 504-508; *IC* 12/23 (1972) 37-39; *LE* IV, n. 3910; *Per* 60 (1971) 295-300.

Comm.: O. ROBLEDA, *Per* 61 (1972) 95-96.

Causa, post duplicem conformem negativam, in merito iudicanda a Summo Pontifice Signaturae Apostolicae commissa est. Nullitas matrimonii declaratur ex capite metus utriusque nupturienti incussi.

Decisiones praecedentes: sententiae definitivae

- *nullitatis matrimonii, coram* Heard, 3. iul. 1954, *SRRDec.* XLVI, 560-565;
- *nullitatis matrimonii, coram* Pinna, 10. apr. 1957, *SRRDec.* XLIX, 312-316.

6. 28 nov. 1970

Prot. n. 751/69 VT, Sententia definitiva, *Romana, nullitatis matrimonii, coram* Staffa.

Pars dispositiva: *Apoll* 44 (1971) 24-25; *IC* 12/23 (1972) 51; *Per* 60 (1971) 306-308.

Sententia: *Apoll* 48 (1975) 19-28; *DR* I, nn. 5140-5145; *LE* V n. 4138.

Comm.: *DR* I, nn. 5129-39; O. ROBLEDA, *Per* 61 (1972) 96-102; J. WEITZEL, *AfkK* 139 (1970) 482-492.

Causa a Romano Pontifice Signaturae Apostolicae commissa est. Nullitas matrimonii inter Orthodoxos ob defectum formae seu absque ritu sacro initi declaratur, et modus procedendi in iisdem similibusque causis statuitur.

Cf. G.P. MONTINI, «Conspectus decisionum I», n. 22, 206.

7. 1. dec. 1970

Prot. n. 270/70 CG, Decretum Congressus, *Factorum iuridicorum declarandorum, querelae nullitatis contra decretum rotale.*

*Apoll* 44 (1971) 610-619; *EIC* 28 (1972) 299-309; *IC* 14/28 (1974) 369-373; *LE* IV, n. 3926; *Per* 61 (1972) 169-180.

De factorum iuridicorum declaratione per decisionem iudicalem deque damnis ex actibus administrativis secutis.

Decisiones praecedentes: decretum, *Factorum iuridicorum declarandorum, reiectionis libellorum, coram* Ferraro, 22. ian. 1970.

Cf. infra n. 19; cf. etiam prot. n. 384/70 CP.

# 1601; 1891 §1; 1557.

@ 1400 §2; 1639 §1; 1405.

8. 1. dec. 1970

Prot. n. 715/68 CG, Decretum Congressus, *Factorum iuridicorum declarandorum damnorumque, querelae nullitatis adversus decretum Exc.mi Decani S.R.Rotae diei 21 octobris 1968 quo libellus reicitur.*

*Apoll* 44 (1971) 619-622; *EIC* 28 (1972) 309-311; *IC* 14/28 (1974) 373-374; *LE* IV, n. 3927; *Per* 61 (1972) 180-183.

De querela nullitatis contra Decretum Exc.mi Decani S.R.Rotae negantis competentiam et connexionem causarum et damna inde secuta.

Decisiones praecedentes: decretum decanale, *Iurium*, 21. oct. 1968.

Cf. infra n. 20; cf. etiam prot. n. 384/70 CP.

# 1601; 1557.

@ 1400 §2; 1405.

## 1971

9. 8. maii 1971

Prot. n. 744/67 CG, Decisio Collegii, *Romana, nullitatis matrimonii, querelae nullitatis adversus decretum rotale, coram* Staffa.

Prot. n. 744/67 CG, Sententia definitiva, *Romana, nullitatis matrimonii, coram* Staffa.

*Apoll* 44 (1971) 569-572; *EIC* 28 (1972) 258-261; *IC* 14/27 (1974) 385-386; *LE* IV, n. 3974; *Per* 61 (1972) 123-125.

Decretum rotale, quo causa, post duplicem affirmativam iam ad executionem mandatam, ad novum examen admittitur, nullitate insanabili laborare decernitur ob defectum citationis et inde contradictorii. De necessitate citationis et de iure defensionis denegato. Petita atque obtenta a Summo Pontifice commissione ad causam in merito iterum iudicandam, sententia prolata est affirmativa.

Decisiones praecedentes: decretum, *nullitatis matrimonii. Praeeliminariae de nova causae propositione, coram Ewers, 22. iul. 1967.*

Cf. etiam prot. n. 9195/67 EC.

# 1680 §1; 1711 §1; 1839; 1840 §1; 1894, 1°.

@ 1507 §1; 1589 §1; 1590 §1; 1620, 7°.

10. 8. iun. 1971

Prot. n. 475/70 CG, Decretum Congressus, *Oveten., separationis, nullitatis sententiae.*

*Apoll* 44 (1971) 572-575; *EIC* 28 (1972) 261-264; *IC* 14/27 (1974) 386-387; *LE* IV, n. 3979; *Per* 61 (1972) 125-129.

Non constare de nullitate sententiae decernitur. Non est sub poena nullitatis quod una eademque persona, in eadem causa eademque instantia, successive muneribus promotoris iustitiae et iudicis fungitur.

Decisiones praecedentes: sententia definitiva Tribunalis Rotae Nuntiaturae Apostolicae in Hispania, 30. oct. 1969.

Cf. etiam prot. n. 320/68 VT.

# 1613; 1680 §1; 1892, 1°.

@ 1447; 1448; 1622, 1°; 66 §2 DC.

11. 3. iul. 1971

Prot. n. 604/69 CG, Sententia definitiva Signaturae Plenae, *Tarentina seu Baren., nullitatis matrimonii. Incidentis: De capacitate processuali seu legitimatione activa ad agendum, coram Traglia.*

*Apoll* 44 (1971) 587-607; *EIC* 28 (1972) 276-297; *IC* 14/27 (1974) 393-401; *LE* IV, n. 3986; *Per* 61 (1972) 142-166.

Capacitas processualis seu legitimatio activa ad matrimonium nullitatis accusandum fratribus coniugis defuncti non agnoscitur. Nam: can. 1972 exceptio est, non autem applicatio can. 1971; quaestio incidentalis esse debet respectu principali, in eodem ordine canonico agitatae.

Summus Pontifex primo, post decisiones rotales, causam Signaturae Apostolicae iudicandam commisit; dein, vero, post sententiam *coram* quinque Em. mis Membris Signaturae Apostolicae, Signaturae Plenae, quavis appellatione remota.

Decisiones praecedentes:

- rotales: decretum, *coram* De Jorio, 1. feb. 1964; decretum, *coram* Ewers, 28. maii 1966;
- decretum Signaturae Apostolicae, 8. feb. 1969, *coram* Staffa.

Cf. etiam 722/65 CG.

# 1971; 1972.

@ 1974; 1675 §1.

12. 6. iul. 1971

Prot. n. 923/70 CG, Decisio Congressus, *Parisien.*, *iurium*.

*Apoll* 44 (1971) 575-578; *EIC* 28 (1972) 264-267; *IC* 14/27 (1974) 387-389; *LE* IV, n. 3987; *Per* 61 (1972) 129-132.

Comm.: J. BENÍTEZ, «Comentarios jurisprudenciales», *IC* 14/27 (1974) 413-415.

Reicitur recursus ad obtinendam restitutionem in integrum adversus decretum rotale ob neglectum legis praescriptum. Exsecutio sententiae iure canonico regitur, non autem normis de solutionibus. Neglectus legis manifestus esse debet, ex quo sequatur gravis laesio. Restitutio in integrum non admittitur adversus decretum exsecutorium.

Decisiones praecedentes:

- sententia definitiva, *iurium*, *coram* Lefebvre, 16. iul. 1966, *SRRDec.* LVIII, 600-615;
- decretum, *iurium*, *coram* Di Felice, 19. iul. 1969;
- decretum, *jurium*, *incidentis: de exsecutione sententiae*, *coram* Mundy, 11. iul. 1970.

# 1529; 1902 §2, 4°; 1920 §1.

@ 1290; 1645 §2, 4°; 1653 §1.

13. 7. iul. 1971

Prot. n. 1832/71 VT, Decisio Congressus, *Chicagien.*, *nullitatis matrimonii*.

*Apoll* 44 (1971) 578-580; *EIC* 28 (1972) 268-270; *IC* 14/27 (1974) 389-390; *LE* IV, n. 3990; *Per* 61 (1972) 132-135.

De nullitate matrimonii inter duos Orthodoxos ritus byzantini-romeni initi absque ritu sacro.

Decisiones praecedentes: sententia localis (cf. G.P. MONTINI, «Conspectus decisionum I», n. 22, 206), 27 maii 1971.

Cf. supra n. 6.

14. 8. iul. 1971

Prot. n. 1120/70 CG, Decisio Congressus, *Asten.*, *nullitatis matrimonii*.

*Apoll* 44 (1971) 581-587; *EIC* 28 (1972) 270-276; *IC* 14/27 (1974) 390-392; *LE* IV, n. 3991; *Per* 61 (1972) 135-142.



De mandato procuratorio non a curatore sed a parte conventa dato deque querela nullitatis sententiae, etiam a Tribunale Regionale latae, inde derivantis. Sententia rotalis executiva non est suspendenda quoad effectus civiles. Ad Rotam Romanam spectat de nova causae propositione videre, ad Signaturam autem de recursibus adversus denegatum novum causae examen.

Decisiones praecedentes:

- decretum, *nullitatis matrimonii et incidentis: de curatore, coram Palazzini*, 7. oct. 1970.
- sententia definitiva, *Asten.*, *nullitatis matrimonii, coram Palazzini*, 31. mar. 1971, *SRRDec.* LXIII, 235-245.

# 1892, 3°.

@ 1620, 6°.

## 1972

15. 18. apr. 1972

Prot. n. 2433/71 VT, Decisio Congressus, *Southvarcen.*, *nullitatis matrimonii*.

*Apoll* 45 (1972) 383-385; *IC* 14/27 (1974) 404-405; *LE* IV, n. 4046; *Per* 61 (1972) 673-676.

Matrimonium inter partes graeco-orthodoxam et anglicanam *coram* ministro anglicano initum declarari potest nullum ob defectum ritus sacri si partes ministrum orthodoxum in loco commode adire poterant.

Decisiones praecedentes: sententia localis (cf. G.P. MONTINI, «Conspectus decisionum I», n. 22, 206), 25. nov. 1971.

Cf. supra n. 6.

16. 26. apr. 1972

Prot. n. 2695/72 CG, Decisio Congressus, *Romana*, *nullitatis matrimonii, incidentis: de appellatione*.

*Apoll* 45 (1972) 385-388; *IC* 14/27 (1974) 405-406; *LE* IV, n. 4049; *Per* 61 (1972) 676-679.

De iure appellandi in causis matrimonialibus post inutiliter elapsos dies fatales ad proseguendam appellationem. Etiam apud Romanam Rotam appellatio deserta est si appellationis prosecutio intra terminum lege praestitutum non habeatur. Nec valet ad rem praxim rotalem contrariam opponere.

Conceditur restitutio in integrum adversus decretum rotale: appellatione deserta apud Rotam Romanam, instantia proseguenda est apud Tribunal locale.

Decisiones praecedentes: decretum, *Romana, nullitatis matrimonii, incidentis: de appellatione, coram* Di Felice, 20. dec. 1971.

Decisiones subsequentes:

- decreta: *Romana, nullitatis matrimonii, Incidentis: novae causae propositionis, coram* Lefebvre, 1. iun. 1973; *coram* Raad, 29. ian. 1976;
- Signatura Apostolica: 12. apr. 1976, prot. n. 7696/76 CG: «in archivo reponatur».

Idem est ac in G.P. MONTINI, «Conspectus decisionum I», n. 39, 210.

Cf. etiam prot. n. 4428/73 EC.

# 1736; 1881; 1883; 1884; 1886; 1905 §2, 4°; 156 NSRR34; 215 §2 PM; 216 §1 PM.

@ 1520; 1630 §1; 1631; 1633; 1635; 1645 §2, 4°; 104 NRR94.

17. 1. iul. 1972

Prot. n. 1749/71 VT, Sententia definitiva Plenariae, *Chicagien., nullitatis matrimonii, coram* Staffa.

Pars dispositiva: *Apoll* 45 (1972) 390; *IC* 14/27 (1974) 407; *LE* IV, n. 4070; *Per* 61 (1972) 681.

Sententia: *Apoll* 46 (1973) 255-277; D. STAFFA, «De validitate matrimonii inter partem orthodoxam et partem protestantem baptizatam», *Per* 62 (1973) 11-38.

Vers.: angl., *Digest* VIII, 3-29.

Libello *coram* Tribunale locali porrecto, causa in merito iudicanda a Summo Pontifice Signaturae Apostolicae committitur.

De vi can. 72 §1 Concilii Trullani quoad declarationem nullitatis matrimonii ex impedimento mixtae religionis.

18. 5. dec. 1972

Prot. n. 3196/72 VT, Decisio Congressus, *Harlemen., nullitatis matrimonii. Apoll* 46 (1973) 281-292; *DR* I, nn. 57-84; *LE* V, n. 4156; *Per* 62 (1973) 567-580.

Post binam affirmativam sententiam de nullitate matrimonii, causa Rotae Romanae committitur ut primum de decisionum nullitate videat ac dein de merito, prout casus ferat, in primo vel tertio gradu.

De doctrina const. *Gaudium et spes* ac de impotentia morali.

Decisiones subsequentes: sententia definitiva, *Harlemen., nullitatis matrimonii et nullitatis sententiae, coram* Anné, 28. iun. 1975, *IDE* 89 (1978) II, 24-53.

**1973**

(vacat)

## 1974

19. 23. feb. 1974

Prot. n. 270/70 CG, Sententia definitiva, *Factorum iuridicorum declarandorum, querelae nullitatis contra decretum rotale, coram Staffa.*

*Apoll* 47 (1974) 313-323; *LE V* n. 4272; *Per* 64 (1975) 222-233.

Decisio circa recursum contra decretum Congressus (cf. supra n. 7).

Querela nullitatis adversus decretum S.R.Rotae ob defectum legitimationis partis conventae et motivorum decidendi. Signatura Apostolica non videt de appellationibus formalibus a decretis rotalibus.

Decisiones praecedentes: decretum, *Factorum iuridicorum declarandorum, reiectionis libellorum, coram Ferraro*, 22. ian. 1970.

Cf. supra n. 7; cf. etiam prot. n. 384/70 CP.

# 1601; 1709; 1892, 2°; 1894, 2°.

@ 1400 §2; 1505; 1620, 5°; 1622, 2°; 42, §1 *LP*.

20. 23. feb. 1974

Prot. n. 715/68 CG, Sententia definitiva, *Factorum iuridicorum declarandorum damnorumque, querelae nullitatis adversus decretum Exc.mi Decani S.R.Rotae diei 21 octobris 1968 quo libellus reicitur, coram Staffa.*

*Apoll* 47 (1974) 302-313; *LE V* n. 4271; *Per* 64 (1975) 208-221.

Decisio circa recursum contra decretum Congressus. De recurso a Congressu ad Collegium: in causis iudicialibus pendet a fundamento recursus. Querela nullitatis adversus decretum Exc.mi Decani S.R.Rotae non admittitur: non agitur de sententia rotali; adest incompetencia ratione obiecti, personarum et gradus.

Decisiones praecedentes: decretum decanale, *Iurium*, 21. oct. 1968.

Cf. supra n. 8; cf. etiam prot. n. 384/70 CG.

# 1601; 1557; 1599 §1, 1°; 1894, 2°; 60 *NSRR34*; 19 §1 *NS*.

@ 1400 §2; 1405; 1444 §1, 1°; 1622, 2°; 50 *NRR94*; 42 §1 *LP*.

21. 4. maii 1974

Prot. n. 5188/73 CG, Decretum Congressus, *Bononien., nullitatis matrimonii, novae causae propositionis.*

*Apoll* 47 (1974) 336-339; *LE V* n. 4287; *Per* 64 (1975) 249-251.

Duabus decisionibus negativis prolatis, nova causae propositio conceditur.

Decisiones praecedentes:

- sententia definitiva, *Bononien.*, *nullitatis matrimonii, coram Mattioli*, 17. dec. 1964.
- decretum, *Bononien.*, *nullitatis matrimonii, praeliminaris: novae causae propositionis, coram Masala*, 17. iul. 1972.

22. 4. iun. 1974

Prot. n. 5206/74 CG, Decretum Congressus, *Ianuen.*, *nullitatis matrimonii. Incidentis: querelae nullitatis vel restitutionis in integrum adversus decretum rotale.*

*Per* 68 (1979) 62-63 (pars in iure).

Vers.: angl., *Digest* IX, 963-964.

Comm.: Z. GROCHOLEWSKI, «Reiectio recursus interpositi adversus decretum ratihabitionis ad normam M.P. “Causas matrimoniales”, art. IX, §2», *Per* 68 (1979) 62-63.

Recursus admittitur ad disceptationem Patrum Cardinalium; nam adversus decretum, quo reicitur recursus adversus ratihabitionem sententiae primi gradus nullitatem matrimonii edicentis, appellatio proponi nequit.

Decisiones praecedentes:

- decretum, *Ianuen.*, *nullitatis matrimonii, de recursu partis conventae, ad normam art. IX M.P. «Causas matrimoniales», coram Bejan*, 9. maii 1973, *EIC* 29 (1973) 317-324.
- decretum, *Ianuen.*, *nullitatis matrimonii. Incidentis: de applicatione M.P. «Causas matrimoniales», coram Lefebvre*, 24. nov. 1973, *EIC* 29 (1973) 280-283.

Decisiones subsequentes: sententia definitiva Signaturae Apostolicae Plenariae, *Ianuen.*, *nullitatis matrimonii. Incidentis: querelae nullitatis vel restitutionis in integrum adversus decretum rotale, coram Staffa*, 29. ian. 1977.

Cf. etiam prot. nn 3911/72 EC; 7383/75 VAR.

23. 23. nov. 1974

Prot. n. 4326/73 CG, Sententia definitiva Plenariae, *Clevelanden.*, *nullitatis matrimonii, coram Staffa.*

*Apoll* 49 (1976) 19-29; *LE* V n. 4334.

Vers.: angl., *Digest* VIII, 40-53.

Comm.: *DR* I, nn. 5136-5137.

Nullitas matrimonii inter baptizatum in Ecclesia Armena non catholica et baptizatam in communitate ecclesiali methodista unita *coram* ministro huius novissimae communitatis ecclesialis contracti declaratur ob defectum formae seu ritus sacri.

Cf. supra n. 6.

## 1975

24. 29. nov. 1975\*

Prot. n. 4668/73 CG, Sententia definitiva, *Ultraiecten.*, *nullitatis matrimonii, coram Staffa.*

Editio A: *DR II*, nn. 5082-5128 (pars in iure); *Per* 66 (1977) 297-325.

Editio B: *Apoll* 49 (1976) 31-48; *LE V*, n. 4419.

Vers.: angl. *CLSN* n. 33 (1977) 16-34; *Digest VIII*, 768-790.

Comm.: G. DALLA TORRE, «Un'importante sentenza della Segnatura. Amore coniugale e consenso matrimoniale», *OR* 27. maii 1977, 2; M. DOOLEY, «The Sentence of the Signatura (Utrecht Case) 29.11.1975», *CLSN* n. 37 (1978) 14-36; *DR II*, nn. 5077-5081; C.J. MURTAGH, «A Review of the Sentence of the Apostolic Signatura of 29.11.1975 *coram Staffa*», *CLSN* n. 33 (1977) 35-39; A. SACCHI, «Introductory Note», *CLSN* n. 33 (1977) 13-15; D. SHANAHAN, «Some Further Thoughts on the 'Utrecht Sentence'», *CLSN* n. 36 (1978) 31-40.

Causa, post duplicem affirmativam, a Summo Pontifice Signaturae Apostolicae tertio gradu in merito iudicanda committitur.

Infirmatur sententia tribunalis inferioris, nullitatem matrimonii declarantis e capite impotentiae sic dictae «moralis», ob defectum nempe communionis vitae amorisque coniugalis.

Cf. etiam prot. n. 3794/72 EC.

Cf. etiam PAULUS VI, «Allocutio ad Praelatos Auditores, Advocatos et Officiales Tribunalis Sacrae Romanae Rotae», 9. feb. 1976, *AAS* 68 (1976) 204-208.

## 1976

(vacat)

## 1977

25. 2. apr. 1977

Prot. n. 8465/76 CG, Decisio Collegii, *Tolosana, coram Staffa.*

*DR II*, nn. 5386-5398; *LE V*, n. 4509.

Comm.: Z. GROCHOLEWSKI, «Reiectio recursus interpositi adversus decretum ratihabitionis ad normam M.P. "Causas matrimoniales", art. IX, §2», *Per* 68 (1979) 59-96.

Adversus decretum, quo reicitur recursus adversus ratihabitionem sententiae primi gradus nullitatem matrimonii affirmantis, appellatio proponi nequit.

Decisiones praecedentes:

- decretum, *Tolosana, nullitatis matrimonii. Incidentis: de recursu ex gratia partis conventae ad normam art. IX M.P. «Causas matrimoniales»*, coram Huot, 23. oct. 1975.
- sententia definitiva, *nullitatis matrimonii, iuris appellandi, querelae nullitatis, confirmationis sententiae*, coram Pompedda, 26. maii 1976, *EIC* 33 (1977) 305-309.

26. 3. nov. 1977

Prot. n. 9214/74 CG, Decretum Congressus, *Gallupien.*, *nullitatis matrimonii*.

*Digest* VIII, 807-812 (angl.).

Declaratur constare de matrimonii nullitate, propter exclusum a viro bonum sacramenti, vi can. 249 §3 CIC17.

Cf. etiam *Digest* VIII, 801-807.

27. 21. dec. 1977

Prot. n. 7794/76 CG, Decretum Congressus, *Salernitana, nullitatis matrimonii. Incidentis: de interventu tertii in causa, querelae nullitatis adversus reiiectionem libelli*.

*DR* II, nn. 5403-5404; *LE* V, n. 4549.

Vers.: angl., *Digest* IX, 952-953.

Necesse non est, antequam libellus acceptetur, Advocatum ex officio petenti designare.

Decisiones praecedentes: decretum, *Salernitana, nullitatis matrimonii. Incidentis: de novo supplemento instructorio et de interventu tertii in causa*, coram Huot, 15. ian. 1976.

Decisiones subsequentes: sententia definitiva, *Salernitana, nullitatis matrimonii*, coram Huot, 24. nov. 1981, *SRRDec.* LXXIII, 568-582.

## 1978

28. 7. ian. 1978

Prot. n. 2696/72 CG, Decretum Congressus, *Beryten. Maronitarum, nullitatis matrimonii. Incidentis: de nova causae propositione*.

*LE* V, n. 4552.

Vers.: angl., *Digest* IX, 949-950.

Signatura Apostolica non videt de recursibus adversus decisiones rotales quae ad novum examen admittunt causas matrimoniales.

Decisiones praecedentes:

- decretum, *Beryten. Maronitarum, nullitatis matrimonii. Incidentis: novae causae propositionis*, coram Ferraro, 18. dec. 1973.

- decretum, *Beryten. Maronitarum, nullitatis matrimonii. Incidentis de appellatione, coram Fiore*, 7. mar. 1975.
- decretum, *Beryten. Maronitarum, nullitatis matrimonii. Incidentis: de nova causae propositione, coram Fiore*, 7. iun. 1977.

Decisiones subsequentes: decretum definitivum Plenariae Signaturae Apostolicae, *coram Vagnozzi*, 20. iun. 1978.

Cf. etiam prot. n. 3393/72 VT.

## 1979

(vacat)

## 1980

29. 26. apr. 1980

Prot. n. 11435/79 CG, Sententia definitiva, *Romana, nullitatis matrimonii. Incidentis: restitutionis in integrum adversus decretum rotale, coram Felici*.

Comm 12 (1980) 18-22; *EIC* 37 (1981) 251-256; *LE* VI, n. 4771.

Vers.: angl., *Digest* IX, 957-963.

Adversus decretum rotale ob neglectum legis praescriptum admittitur restitutio in integrum, quae permittit agere de nullitate matrimonii quando nullitas, utroque coniuge vivente non accusata, oritur incidenter in alia principali causa pertractanda

Decisiones praecedentes: decretum, *nullitatis matrimonii, coram Agustoni*, 10. maii 1978.

Cf. etiam prot. n. 5750/74 VT.

# 1733; 1837; 1840; 1972.

@ 1518; 1587; 1589-1590; 1675.

## 1981

(vacat)

## 1982

30. 16. oct. 1982

Prot. n. 12020/80 CG, Sententia definitiva, *Augustana, nullitatis matrimonii. Incid.: restitutionis in integrum adversus decretum rotale, coram Sabbatani*.

*Apoll* 56 (1983) 58-69; *Per* 72 (1983) 113-128.

Restitutio in integrum non conceditur. Legitimatio activa nepti, eidemque heredi actoris, agnoscitur ad causam nullitatis matrimonii prosequendam post mortem avunculi.

Decisiones praecedentes:

- decretum, *Augustana, nullitatis matrimonii*. Inc.: *de legitimatione activa Gabrielae Assirelli ad prosequendam causam promotam a [...], vita functo, cuius ea est neptis et heres, coram DE JORIO, 27. maii 1978, I&IR, ad locum;*
- decretum, *Augustana, nullitatis matrimonii*. Incidentis: *legitimationis activae, coram Ewers, 7. dec. 1979, IDE 91 (1980) II, 243-248;*
- decretum Congressus Signaturae Apostolicae, 12. dec. 1980: «Recursum non esse admittendum ad disceptationem coram Patribus Cardinalibus».

# 1701; 1702; 1733; 1839; 1904 §1; 1905 §2, 4°; 1972; 222 PM.

@ 1643; 1518; 1589 §1; 1642 §1; 1645 §2, 4°; 1675 §1.

## 1983-84

(vacant)

## 1985

31. 1. iun. 1985

Prot. n. 15475/83 CG, Decretum definitivum, *Calaritana, nullitatis matrimonii*. Incidentis: *querelae nullitatis et restitutionis in integrum adversus decreta rotalia, coram Sabattani.*

*IDE 96 (1985) II, 253-260; ME 110 (1985) 435-443; W.L. DANIEL, Ministerium Iustitiae, 11-34.*

Vers.: angl., W.L. DANIEL, *Ministerium Iustitiae, 11-34.*

Decretum Congressus Signaturae Apostolicae confirmatur, seu recursus non sunt admittendi ad disceptationem. Pars quoque actrix novum causae examen post duplicem affirmativam petere potest; non requiritur contradictorium in concedendo vel denegando novo causae examine. Reicitur restitutionis in integrum petitio adversus decretum a Signatura in Congressu latum. Ius defensionis exercendum est legitime, id est tempore et modo a lege statutis.

Decisiones praecedentes:

- decretum, *Calaritana, nullitatis matrimonii, novae causae propositionis, coram Ewers, 11. mar. 1978;*
- decretum decanale, 20. mar. 1978;
- decretum, *Calaritana, nullitatis matrimonii*. Incidentis: *de iure recurrendi, coram Egan, 11. mar. 1982;*



- decretum, *Calaritana, nullitatis matrimonii. Incidentis: juris recurrendi, coram Bruno*, 28. ian. 1983, *DS I*, 13-14;
- decretum, *Calaritana, nullitatis matrimonii. Praeliminaris: novae causae propositionis, coram Egan*, 7. iul. 1983, *DS I*, 85-87;
- decretum Congressus Signaturae Apostolicae, 8. maii 1984.

Cf. F. DANEELS, «La querela di nullità», 232.

Cf. etiam prot. nn. 11748/79 CG; 9746/77 VT; 6570/75 CP;  
9173/77 VT

## 1986

(vacat)

## 1987

32. 17. ian. 1987

Prot. n. 15301/83 CG, Sententia definitiva, *Mutinen.*, *nullitatis matrimonii. Incid.: querelae nullitatis adversus sententiam rotalem, coram Sabattani.*

W.L. DANIEL, *Ministerium Iustitiae*, 35-78; *ME* 113 (1988) 267-282; *Per* 77 (1988) 329-359.

Vers.: angl., *CLSN* n. 119 (1999) 21-46; W.L. DANIEL, *Ministerium Iustitiae*, 35-78.

Non constat de nullitate sententiae ob defectum legitimi mandati; nam ad constituendum legitime curatorem sufficit fundatum dubium circa mentis debilitatem partis curatae subiciendae; quo fundato dubio caruit Ordinarius in prima instantia, non autem in altera.

Constat de nullitate sententiae ob denegatum ius defensionis. Non omnis negatio legitimae defensionis importat sententiae nullitatem, sed solummodo illae quae iudicii substantiam afficiunt. Ius defensionis consistit in concessione concreta et practica exercitii iuris seu possibilitatis exercendi de facto ius propriae defensionis.

Decisiones praecedentes: sententia definitiva, *Mutinen.*, *nullitatis matrimonii, coram Stankiewicz*, 16. dec. 1982, *Il diritto di famiglia e delle persone* 12 (1983) 536-560 vel *EIC* 39 (1983) 255-265 (pars in iure).

Decisiones subsequentes: decretum definitivum Signaturae Apostolicae Plenariae, *Mutinen.*, *nullitatis matrimonii, querelae nullitatis adversus sententiam rotalem. Incid.: querelae nullitatis adversus decretum Em.mi Cardinalis Praefecti-Ponentis diei 13 maii 1987, coram Sabattani*, 21. nov. 1987.

Cf. F. DANEELS, «La querela di nullità», 232; 247.

# 1680; 1892, 3°.

@ 1620, 6°-7°.

## 1988-1989

(vacant)

## 1990

33. 31. mar. 1990

Prot. n. 19032/87 CG, Sententia definitiva, *Bononien.*, *querelae nullitatis adversus decretum rotale diei 26 novembris 1986; Praeliminaris: exceptionis incompetentiae huius Supremi Tribunalis, coram Palazzini. IDE 102 (1991) II, 5-12.*

Comm.: C. GULLO, *IDE 102 (1991) II, 5-6.*

Decisio, qua Turnus rotalis Exc.mo Decano consilium praebet de causa advocanda, iudicialis habenda est, ex qua gravamen per sententiam definitivam irreparabile oriri potest: ex quibus patet eiusdem decisionis impugnabilitas apud Signaturam Apostolicam.

Non constat de nullitate sententiae.

Cuius decisionis pariter non constat nullitas.

Decisio praecedentes: decretum, *Bononien.*, *nullitatis matrimonii, appellationis et querelae nullitatis, coram de Lanversin, 26. nov. 1986, DS IV, 175-176.*

Cf. etiam prot. n. 17764/85 VT.

## 1991-2002

(vacant)

## 2003

34. 18. feb. 2003

Prot. n. 31490/00 CG, Decretum Congressus, *Neapolitan.*, *nullitatis matrimonii. Querelae nullitatis adversus decretum Turni rotalis d. 18 Ianuarii 2001 et Recusationis tum Iudicis Ponentis tum ob arctam connexionem Defensoris vinculi.*

*Apoll 83 (2010) 372-374.*

Vers.: it., *Apoll 83 (2010) 374-377.*

Comm.: C. BEGUS, «Adnotationes».

Querela nullitatis proponi non potest quia decretum, quo sententiae, nullitatem matrimonii edicentis, executio suspenditur, aequari nequit decreto vim sententiae definitivae habenti, nec decreto ex quo damnum irreparabile oritur. Reicitur pariter recusatio quia ad iudicium subrogationem ad normam can. 1624, praesertim in causa incidentalibus, quae in sententiam definitivam sua natura haud influit, causa rationabilis adduci debet. Sub can. 1624 non praevidetur defensoris vinculi recusatio.

Decisiones praecedentes:

- decretum, *Reg. Campani seu Neapolitana. Prael.: conf. sent., coram* Turnaturi, 27. iun. 2000;
- decretum, *coram* Llopez-Illana, 18. ian. 2001.

Cf. etiam infra nn. 36 et 39; prot. nn. 35386/03 CG; 38025/06 CG; cf. etiam prot. n. 31828/00 EC.

Cf. F. DANEELS, «La querela di nullità», 235.

# 19 §1 NS.

@ 1618; 1624.

## 2004

35. 22. mar. 2004

Prot. n. 35483/03 CG, Decretum Secretarii, *Nullitatis matrimonii. Querelae nullitatis adversus decretum rotale diei 26 m. Octobris a. 2000.*

*Apoll* 83 (2010) 378-380.

Vers.: it., *Apoll* 83 (2010) 380-382.

Comm.: C. BEGUS, «Adnotationes».

Querela nullitatis proponi non potest adversus decretum, ex quo damnum oriturum non est per definitivam sententiam irreparabile vel quod vim definitivae non habet. In casu agitur de decreto quo statuebantur admissio causae ad ordinarium examen, menstruae provisiones pro muliere et filiis, pro quibus et studiis et securitati medicae providere iubebatur.

Decisiones praecedentes: decretum, *coram* Caberletti, 26. oct. 2000.

Cf. etiam prot. n. 30044/99 VT.

# 19 §3 NS.

@ 1163 CCEO; 1368 §2 CCEO; 77 *NRR94*.

36. 26. maii 2004

Prot. n. 34450/03 CG, Decretum Congressus, *Interdioecesan. Beneventan. seu Cerretan.-Thelesin.-Sanctae Agathae Gothorum, nullitatis matrimonii. Querelae nullitatis.*

*SCL* 7(2011) 386-391 (angl.).

Querela nullitatis ob ius defensionis denegatum reicitur. Nam in can. 1620, 7° non agitur de qualibet violatione iuris defensionis, sed tantummodo de iure defensionis denegato. Difficulter de iure defensionis denegato agitur ob non admissam in gradu appellationis probationem.

Decisiones praecedentes:

- decretum, *Cerretana, nullitatis matrimonii, coram* Pompedda, 14. dec. 1992, *DS X*, 206-209;
- sententia definitiva, *coram* Monier, 22. mar. 1996, *RRDec. LXXXVIII*, 297-308;
- sententia definitiva, *coram* Turnaturi, 22. nov. 2002, *RRDec. XCIV*, 692-727;

Decisiones subsequentes:

- decretum definitivum Signaturae Apostolicae, cf. infra n. 37;
- decretum, *coram* Turnaturi, 13 iun. 2005, *SCL 7(2011)* 398-399 (angl.);
- decretum, *coram* Verginelli, 14. dec. 2007, *SCL 7(2011)* 399-409 (angl.);
- notificatio, *coram* Verginelli, 25. iun. 2010, *SCL 7 (2011)* 410.

Cf. omnes decisiones: *SCL 7 (2011)* 289-410.

Cf. etiam prot. nn. 32177/01 CG; 37238/05 EC.

#19 §1 NS.

@ 1527 §1; 1574; 1600; 1639 §2.

37.16. dec. 2004

Prot. n. 35386/03 CG, Decretum Congressus, *Neapolitan., nullitatis matrimonii. Querelae nullitatis adversus decreta Rev.mi Ponentis diei 20 decembris 2000 et Turni rotalis coram eodem diei 18 ianuarii 2001; refectionis damnorum.*

*Apoll 83 (2010)* 383-386.

Vers.: it., *Apoll 83 (2010)* 386-389.

Comm.: C. BEGUS, «Adnotationes».

Renuntiatio instantiae nihil operator antequam ipsa ad normam iuris admittitur; quam ob rem Patronus perperam contendit se in hoc stadio iudicii careere mandato.

Decisiones praecedentes:

- decretum, *Reg. Campani seu Neapolitana. Prael.: conf. sent., coram* Turnaturi, 27. iun. 2000;
- decretum, *coram* Llopez-Illana, 18. ian. 2001;
- decretum Signaturae Apostolicae: cf. supra, n. 33.

Cf. etiam supra n. 33 et infra n. 39; prot. nn. 31490/00 CG; 38025/06 CG; cf. etiam prot. n. 31828/00 EC.

# 19, 3 NS.

@ 1524 §2; 1644 §2.

## 2005

38. 30. apr. 2005

Prot. n. 34450/03 CG, Decretum definitivum, *Interdioecesan. Beneventan. seu Cerretan.-Thelesin.-Sanctae Agathae Gothorum, nullitatis matrimonii. Querelae nullitatis adversus sententiam def. c. Turnaturi d. 22 novembris 2002, coram Davino.*

SCL 7 (2011) 392-398 (angl.).

Decretum Congressus non est reformandum, ob motiva in iure in impugnato decreto allata confirmanda.

Decisiones praecedentes:

- decretum, *Cerretana, nullitatis matrimonii, coram Pompedda*, 14. dec. 1992, *DS X*, 206-209;
- sententia definitiva, *coram Monier*, 22. mar. 1996, *RRDec. LXXXVIII*, 297-308;
- sententia definitiva, *coram Turnaturi*, 22. nov. 2002, *RRDec. XCIV*, 692-727;
- decretum Congressus Signaturae Apostolicae, cf. supra n. 35.

Decisiones subsequentes:

- decretum, *coram Turnaturi*, 13. iun. 2005, *SCL 7 (2011) 398-399* (angl.);
- decretum, *coram Verginelli*, 14. dec. 2007, *SCL 7 (2011) 399-409* (angl.);
- notificatio, *coram Verginelli*, 25. iun. 2010, *SCL 7 (2011) 410*.

Cf. omnes decisiones: *SCL 7 (2011) 289-410*.

Cf. etiam prot. nn. 32177/01 CG; 37238/05 EC.

@ 1527 §1; 1574; 1600; 1639 §2.

39. 23. nov. 2005

Prot. n. 34622/03 CG, Decretum Congressus, *Sancti Francisci in California, nullitatis matrimonii, novae causae propositionis.*

W.L. DANIEL, *Ministerium Iustitiae*, 79-84; V. DE PAOLIS, «Amministrazione della giustizia e situazione dei Tribunali Ecclesiastici», in *Curso de derecho matrimonial y procesal canónico para profesionales del Foro (XVII)*, Salamanca 2007, 434 nota 32, vel *REDC 64 (2007) 359* nota 32 (extr.); *Per 96 (2007) 285-288*.

Vers.: angl., W.L. DANIEL, *Ministerium Iustitiae*, 79-84; *SCL 5 (2009) 418-420*.

Comm.: J.J. FOSTER, «Sacramental Law: Selected Developments in Twenty-Five Years of Praxis», *J 69 (2009) 472-491*; A. MENDOÇA, «Defective Convalidation», *Proceedings of CLSA 70 (2008) 193-226*;

ID., «Defective Consent in the Convalidation of a Marriage Null due to Lack of Canonical Form», *SCL* 5 (2009) 297-362; ID., «Defective Convalidation», *CLNS* n. 162 (2010) 53-97; U. NAVARRETE, «Commentario», *Per* 96 (2007) 289-306; ID., «A proposito del decreto del S.T. della Segnatura Apostolica del 23 novembre 2005», *ibidem*, 307-361; P. ROBBINS, «Reflexions on a Decision of the Apostolic Signatura», in *CLSN* n. 173 (2013) 27-37; P. SLACK, «Invalid Convalidation», *Proceedings CLS of Australia & New Zealand* 43 (2009) 34-43.

Convalidatione matrimonii ad normam can. 1160 peracta, praesumi debet, donec contrarium probetur, partes aliquo saltem modo scivisse matrimonium anteactum validum non haberi itemque easdem partes novum consensum praestitisse et quidem validum.

Decisiones praecedentes: decretum, *Sancti Francisci in California, nullitatis matrimonii, novae causae propositionis, coram Huber*, 29. ian. 2003, *SCL* 5 (2009) 406-417.

Decisiones subsequentes: sententia definitiva, *Sancti Francisci in California, nullitatis matrimonii, coram Yaacoub*, 19. iul. 2007, *SCL* 5 (2009) 439-475.

Cf. omnes decisiones: *SCL* 5 (2009) 363-477. Cf. epistula: *SCL* 5 (2009) 475-477 (angl.).

Cf. etiam G.P. MONTINI, «Conspectus decisionum I», n. 229, 251.

# 1014; 1086 §1; 1137.

@ 1060; 1101 §1; 1160.

## 2006

40. 27. sept. 2006

Prot. n. 38025/06 CG, Decretum Congressus, *Neapolitan., nullitatis matrimonii, novae causae propositionis.*

*Apoll* 83 (2010) 390-392.

Vers.: it., *Apoll* 83 (2010) 392-394.

Comm.: C. BEGUS, «Adnotationes».

Conceditur nova causae propositio. Confusio in actis et in decisione inter argumentationem ad probandum dolum et argumentationem ad probandum errorem, de quo in can. 1097 §2, errori iuris assimilanda est.

Decisiones praecedentes:

- decretum, Reg. *Campani seu Neapolitana. Prael.: conf. sent., coram Turnaturi*, 27. iun. 2000;
- decreta Signaturae Apostolicae: cf. supra, nn. 33, 36;

- decretum, *Reg. Campani seu Neapolitana. Prael.: n. c. p., coram Sciacca*, 7. oct. 2005, quo reicitur nova causae propositio.  
Cf. etiam supra nn. 33 et 36; prot. nn. 31490/00 CG; 35386/03 CG; cf. etiam prot. n. 31828/00 EC.  
@ 1097 §2; 1098; 1644; 122, n. 2 *PB*; 292 *DC*.

## 2007

41. 9. mar. 2007

Prot. n. 39203/06 CG, *Decretum Secretarii, Romana, nullitatis matrimonii, recursus adversus decretum Exc.mi Decani Rotae Romanae diei 13 novembris 2006.*

*Apoll* 83 (2010) 395-397.

*Vers.: it., Apoll* 83 (2010) 397-400.

*Comm.: C. BEGUS, «Adnotationes».*

Petitio restitutionis in integrum adversus decretum decanale reicitur, si motiva adducuntur adversus decretum quod decretum decanale declaravit impugnari non posse. Querela pariter reicitur: auditio de qua in art. 52 Normarum rotalium ad normam iuris peracta, id est praevia, libera et consultata, valida et legitima praesumi debet; auditio Promotoris iustitiae decreti validitati non officit. Commissio pontificia non conceditur.

Decisiones praecedentes: *decretum decanale, Romana, nullitatis matrimonii. Prael.: recursus et avocationis causae*, 13. nov. 2006, *QSR* 17 (2007) 222-223.

Cf. etiam prot. nn. 38403/06 VT; 39569/07 CA.

@ 122, n. 1 *PB*; 51-52 *NRR94*.

## 2008

(vacat)

## 2009

42. 11. sept. 2009

Prot. n. 42902/09 CG, *Decretum Congressus, Reg. Triveneti seu Concordien.-Portus Naonis, nullitatis matrimonii, novae causae propositionis.*

*IE* 22 (2010) 629-631.

*Vers.: it., IE* 22 (2010) 629-631.

*Comm.: M DEL POZZO – F. MARTI, «Il giusto rigore della Segnatura».*

Recursus ad Signaturam Apostolicam adversus decretum, quo Rev.mus Ponens novum causae examen in limine reicit, non datur. In casu pars restituitur in terminos, ut adversus reiectionem in limine ad Turnum provocare possit.

Decisiones praecedentes: decretum, *Reg. Triveneti seu Concordien.-Portus Naonis, nullitatis matrimonii. Praeiud.: n. c. p., coram Ciani*, 5. nov. 2008.

@ 58 LP; deliberatio Collegii Rotalis diei 16 maii 2008.

43. 25. sept. 2009

Prot. n. 38982/06 CG, Decretum Congressus, *Interammen.-Narnien.-Amerin., nullitatis matrimonii, novae causae propositionis.*

*IE* 22 (2010) 633-636.

Vers.: it., *IE* 22 (2010) 633-636.

Comm.: M. DEL POZZO – F. MARTI, «Il giusto rigore della Segnatura».

Recursus reicitur; nam interventus de quo in can. 1452 §2 discretioni iudicis subicitur; confirmatio sententiae ex can. 1682 §2, exstantibus animadversionibus opponentibus, non constituit ius defensionis violatum.

Decisiones praecedentes: decretum, *Reg. Umbri seu Interammen.-Narnien.-Amerina, nullitatis matrimonii. Prael.: n. c. p., coram Erlebach*, 6. oct. 2005.

Cf. etiam prot. n. 33537/02 VT.

@ 1452 §2; 1682 §2.

## 2010-2011

(vacant)

G. PAOLO MONTINI